

na uideatur uero et in ueracitate
mo nunc deus coram die dico. **I**deum ei
uicit. **V**ictor illis. **I**te et uos in uincere. **S**ed
Cecidit dominus uincere pautatum. **G**loria. **V**ictor
lis mercede in apienis accedit. **M**isericordia. **T**em
plicent g qui citta uideantur hora. **C**. **A**
ueros denarios. **V**enientes autem etiam. **A**ttar
ius censit acceptorum. **D**ecepunt autem et ipsi surdos. **S**ed
coepientes. **U**ermultabant ad eum omnes. **N**on familias.
Es. **H**u nouissimum una hominum futurum. **R**eg illos nobis.
portauimus pondus duci et posse. **A**t ibi ut perdidimus. **N**on
uic. **A**mice non facio tibi in uincere. **V**erum enim hoc non
necum. **C**olle quod tuum est in uincere. **S**ed
sicut. **T**unc uilior. **T**unc uile. **F**atidice. **R**ecens
quidam quia ergo bonus si. **C**ontra etiam. **P**rohibe. **O**mnibus
ipsum nesciat. **S**ed ipso cum summa. **M**odestia. **C**ontra
teos. **P**roli tuus quis est. **C**lementia. **G**loria. **C**ontra
nus amigini. **P**roli. **L**obis gloria. **C**ontra
git pista sunt. **C**ontra et ut. **C**ontra et ut. **C**ontra
xuit die sicut me opus fui. **C**ontra
me ab aliis pente. **C**ontra et ut. **C**ontra
illum. **Q**uo in illis cunctis. **C**ontra et ut. **C**ontra
ut faciet. **R**es in ueracitate. **T**u. **T**u. **C**ontra
in cunctis sunt. **C**ontra et ut. **C**ontra
ignis anno. **C**ontra et ut. **C**ontra
germinaverit. **A**ga proprie. **M**u. **H**
xisti. **C**ontra homo non erat qui matutinum
erat. **I**magans uniuersam super se. **C**ontra
et ut. **C**ontra et ut. **C**ontra et ut.

Wohlf.

Rubr. VII. Nro. 35.

Gymnasial - Bibliothek

zu Cöthen.

METHODUS CONCIONANDI TABELLARIS

Ex
B. Hülsemanni Oratoriâ
Ecclesiasticâ maximam partem
concinnata,

&
Cum Exemplo Biblico Traſta-
onis Textûs,

edita

â

M. JOHANNE HENNIN GIO,
Solqvellâ Marchico, P. L. C.
& Illustris Quedlei CON-
RECTORE.



QUEDLIMBURGI,
Formis Johannis Ockelli;
A. Æ. D. c. Iac LXXVII.

THE COURT OF GRAND INQUEST OF ENGLAND

Sinapis integrifolia

PROTESTANT CHURCHES OF BOSTON.

SECRET training of members
SECRET SIGHT

COLONIAL EXHIBITION.

0.1-9 *coelostoma albovittatum*

-1000 italiano 2128M

46(3)90
כיהוה:
METHODI CONCIONANDI
TABULA I.
De Præcognitis.

Concionis Sacræ notanda

1. Definitio. Concio Sacra est Oratione ex verbo DEI, fidem vel vitam Christianam spectans & ad svasiōnem directa.
2. Synonymia. Vocatur alias Homilia, Catechesis & quævis instruūtio in doctrinā & moribus.
3. Etymologia, quæ respicit
 1. Subiectum & ejus Dispositionem seu Qualitates.
 2. Objectum & varietatem ejus.
 3. Causas
 1. Externas, quæ sunt
 - a. Efficiens
 1. Principalis, Spiritus S. qui precib⁹ invocand⁹ est.
 2. Proxima, ordinariè vocatus Minister.
 - b.

A 2

2. Fi-

48 (4.)

a b

1. Finis, qui multiplex est.

2. Internas, quæ sunt

1. Materia, Textus qui est

2. Biblicus, isq; vcl

3. Ordinarius

1. Anniversarius, ut: Evangelia, Epistolæ, Catechesis, Historia Passionis.

2. Hebdomadarius, quando certum caput explicatur aut certus liber.

2. Extraordinarius, & electus pro ratione

1. Diversi temporis, quo peculiariis quædam festivitas indicitur, qualis est Concionis

1. Eucharisticae.

2. Jubilæa.

3. Supplicatoria.

4. Eleitorum pro tempore messis, belli, pestis, famis &c.

5. Valedictoria.

6. Initialis.

7. Gratulatoriae, &c.

2. Personarum, est Concionis

1. In-

a b c

a b c

- | 1. Inauguralis'
 - | | 1. Principum.
 - | | 2. Doctorum.
 - | | 3. Pastorum.
 - | | 4. Conjugum.
 - | | 5. Recens baptizatorum.
- | 2. Nuptialis.
 - | | 1. Novi templi. (niis)
 - | | 2. Nova scholæ.
 - | | 3. Novarum ædium.
- | 3. Singularis loci ut in encæ
 - | | 1. Hymnus sive Cantio Ecclesiastica.
 - | | 2. Oratio quædam Rhytmica.
- | 2. Ecclesiasticus
 - | | 1. Forma, de qua Tab. seq.

TABULA. II.

De Forma communi Concionis, sive Analysi Grammaticâ & Logicâ.

Forma Concionis est vel

- | 1. Informans, quæ est Concionis secundum
| dum omnes partes essentiales, sive
| absolutus in mente conceptus, sive
| conjœcta in chartam, aut impressa
| memo.

a

45(6) 30

memoriæ & coram populo dicta dispositio. Et hæc vel

C1. Communis, quæ dat es se omni Cōcioni, ut sermo sit sacer, ad persuadendum sufficiens & ordinatus. Constituitur ex Analysis

C1. Grammatica, ubi peruntur argumenta

C1. Ab Etymologia seu notatione Nominis.

C1. A Synonymia sive notatione & exhibitione phrasium & vocum idem significantium.

C1. Ab Homonymia sive remotione æqvivocationis.

C2. Logica, ubi peruntur argumenta

C1. A Definitione, ubi consideratur

C1. Genus.

C1. Species,

C1. Differentia.

C1. Proprium.

C1. Accidens, quod est vel

C1. Praecedens,

C1. Concomitans,

C1. Conseqvens,

I. Ne-

a b c

45(7.)

e b c

§ 1. Necesarium.

2. Contingens.

z. A Distributione

1. In totum & partes, qvæ enun-
merantur.

2. In Causas

1. Principales.

2. Impulsivas.

3. Instrumentales.

3. In effectus, qui cum Causis
uberrimè scil: qvot & qvotu-
plices sint, declarari possunt.

4. Qvoad subiectum, de qvo ser-
mo est.

5. Qvoad Objectum, in qvod
tenditur.

6. Qvoad Finem.

3. A Comparatis

1. Affirmantibus

1. à Pari.

2. à Simili.

3. ab Exemplo.

2. Negantibus

1. ab Imperi.

2. à dissimili.

3. à Majori.

4. à Minori.

4. Ab

48(3. 150)

a b c

- 4. ab Oppositis
 - 1. Disparatis.
 - 2. Contrariis.
 - 3. Contradictoriis.
 - 4. Privantibus.
- 5. Testimonia
 - 1. Divino, quod est vel;
 - 1. Externum, ut dicta S. Codicis.
 - 2. Internum, testimonia Spiritus S. & conscientiarum.
 - 2. Humano
 - 1. Ecclesiastico
 - 1. Virtutum Sanctorum,
 - 2. Patrum.
 - 2. Profano & ipsa Experiencia.
 - 2. Adequata, quae est materia secundum certum genus causae, vel unum vel aliquot simul, accommodata dispositio.
 - 2. Assistens, de qua infra, est Concionis, secundum partes communis Orationis, artificialis dispositio.

TABLILA III.

De Causarum generibus quinque.

Fab.

(9. 33)

Forma adæquata Concionis est, qvæ adstrin-
gitur ad certum genus cause, & respicit
vel

¶ 1. Tà pñsà sive credenda, unde oritur
Genus

1. Didascalicum, qvod est Articuli
cujusdam fidei aut Historiæ sacrae
in Thesi facta tractatio.

2. Elenchiticum, qvod est ejusdem
articuli confutatoria in Antithesis
vindicatio.

2. Tà regula sive facienda, unde Genus

1. Pædeuticum, qvod est Auditorum
ad mores Christianè informan-
dos institutio.

2. Epanorthoticum, qvod est Audi-
torum à peccatis in Deum, se se
& proximum commissorū ad re-
gulam divinæ justitiae revocatio.

3. Paracleticum, qvod est Auditoris
adversus qværis mala pñx, cul-
pæ & probationis cretio.

TABULA IV.

De Genere Didascalico.

In Genere Didascalico considerantur

1. Species, qvæ sunt

1. In genere

A. S.

r. Ch.



a b

- ſl. Catechesis, sive universa Doctrina Christiana, aut ejus caput & certus articulus fidei.
- l 2. Interpretatio Scripturæ, vel integræ libri, vel partis alicujus Scripturæ enarratio.
- l 2. In specie
 - ¶ 1. Historica narratio.
 - ¶ 2. Asseveratio.
 - ¶ 3. Demonstratio.
 - ¶ 4. Testificatio de personæ aut rei cuiusdam natura & qualitate.
 - ¶ 5. Mandatum.
 - ¶ 6. promissum.
- 2. Objectum, ut sunt Articuli fidei
 - § 1. Christianæ in genere.
 - § 2. Justificantis in specie, ut
 - ¶ 1. Historia.
 - ¶ 2. Mandatum.
 - ¶ 3. Exemplum.
 - ¶ 4. Promissum &
 - ¶ 5. Qvicqvid in Scripturis docetur, quid & quale sit.
- 3. Modus tractandi, seu Argumenta qvæ sumuntur
 - ſl. A Personâ, qvæ describi potest
 - ſ 1. à Patriâ.

- b
1. à Parentibus & majoribus.
2. à sexu.
3. à Natalibus.
4. à Fratribus & Cognatis.
5. ab Ingenio.
6. ab Educatione.
7. à Disciplinâ.
8. à Doctrinâ.
9. à Spiritus S. donis.
10. à Rebus gestis, & harum præmiis.
11. ab eventu & fortunâ.
12. à Morte.
13. à Fama & statu post mortem.
14. A Rcbus, qvarum Affectiones considerantur, secundum Qualitates Theologicas, Ethicas, Physicas, & omnes locos Topicos.
15. A Mediis naturalibus, licitis, utilibus, aut contrariis.
16. A Modo, qvō aliqvid factum sit, vel deceat agi.
17. A Fine vel proximo vel remoto.
18. A Tempore qvando aliqvid factum sit.
19. A Loco & aliis, qvæ ad rem describendam excogitari possunt.

TA-

12. 10

TABULA V.

De Genere Elenchitico.

In Genere Elenchitico considerantur

1. Species, quæ sunt

1. Accusationes.

2. Defensiones.

3. Errorum fidei exprobationes.

4. Expostulationes.

5. Refutationes.

6. Negationes.

7. Maledictiones.

8. Excommunicationes.

2. Objectum, sunt Heterodoxiae refutandæ seu Antitheses.

3. Modus tractandi, quō argumenta pertinentur

1. à Scripturā repugnante.

2. à triplicis status negatione.

3. ab Inconsequenti.

4. ab Impossibili.

5. à blasphemio in DEUM & Christum.

6. à Contradictione.

7. ab Analogia fidei.

8. à conflietu & propriâ confessione Adversariorum.

TA-

(13.)

T A B U L A VI.

De Genere Pædeutico.

In Genere Pædeutico considerantur

1. Species, qvæ sunt Textus

{ 1. Præcipientes sanctimoniam.

2. Svakentes & dissvakentes.

3. Adhortantes.

4. Commendantes & Exemplum
proponentes.

5. Promittentes.

2. Objectum, qvod consistit in

{ 1. Moribus hominis Christiani.

{ 2. Virtutibus Moralibus erga

{ { 1. DEUM.

{ { 2. Scipsum.

{ { 3. Proximum.

3. Modus tractandi s. Argumenta, qvæ
depromuntur.

{ 1. A Mandato DEI.

{ 2. ab Æqvitate naturali & morali.

{ 3. à Necessitate.

{ 4. ab Honestate.

{ 5. à Jucunditate.

{ 6. ab utilitate & oppositâ Inutilitate
& Incommmodo si omittatur.

{ 7. à Facilitate.

8. ab



46(14,15)

18. ab Exemplo præmiorum.

19. ab Exemplo poenarum.

TABULA VII.

De Genere Epanorthotico.

In Genere Epanorthotico considerantur

1. Species

1. Communes

1. Cum Pædeutico, dissensiones,

2. Cum Elenchitico, imprecations, devotiones.

2. Propriæ, vituperationes, comminationes, poenæ.

2. Objectum, correccio vitiorum adversus Præcepta Decalogi commisorum, seu, sicuti Objectum Pædeutici sunt Præcepta, ita Objectum Epanorthotici sunt prohibita.

3. Modus tractandi seu Argumenta, quæ potissimum sumuntur ex locis generi Pædeutico contrariis scil.

1. ab Interdicto divino,

2. ab Iniquo.

3. à non necessario.

4. ab Indecoro.

5. ab Injucundo, respectu

a

I. Dei

108(35)90

- 1. Dei.
- 2. Angelorum.
- 3. Hominum piorum.
- 4. ab Inutili.
- 5. à Difficili.
- 6. à Damno temporali & æterno.
- 7. à Contrariis piorum Exemplis.
- 8. à gaudio Diaboli & malorum Angelorum.
- 9. à severitate vindicis Dei.
- 10. à poenæ æternitate, sive Inferni angorebus, qui describi possunt
- 11. ab æteritate,
- 12. à vehementia, &
- 13. ab aliis circumstantiis.

TABULA VIII.

De Genere Paracletico.

In Genere Paracletico seu Consolatorio considerantur

- 1. Species, quæ sunt
 - 1. Sympathizæ.
 - 2. Querelæ.
 - 3. Promissiones auxilii.
 - 4. Erectiones in adversis.
- 2. Objectum, quod est homo afflatus
 - 1. Spiritualiter

I. Ten



• 16.)

| 1. Tentationibus.

| 2. Dissidentia.

| 2. Corporaliter, qvâvis à qvovis illa-
tâ calamitate.

| 3. Modus tractandi, seu Argumenta, qvz
petuntur.

| 1. à Dei Misericordiâ & potentîâ.

| 2. à Christi merito & intercessione.

| 3. ab Assistentiâ Spiritus S.

| 4. à DEI providentia.

| 5. à communi omnium piorum forte.

| 6. ab Exemplo Christi, Prophetarum &
Apostolorum.

| 7. à Calamitatis utilitate.

| 8. à Tribulationis brevitate.

| 9. à Conscientiæ puritate & causæ bo-
nitate.

| 10. à subseqvente lætitia & excellensi
gloriâ.

TABULA IX.

De Concionis Formâ assistente.

Forma Concionis assistens, qvz facit ad
melius esse, sive externa, est vel

| 1. Technologica, qvz considerat partes

| 1. Generales

| 1. Exordium,

| 2. Propositionem s. partitionem,

| 3. Con-

46(17.) 30

- a b c | 3. Confirmationem.
- | 4. Perorationem.
- | 2. Speciales, qvæ sunt subdivisiones
tx amplificationes, præcipue vero
qvæ principalia membra imme-
diatè tangunt.
- | 2. Pathologica, qvæ est Concionis per
verba, res & gestus movendis affecti-
bus aptos, interdistincta descriptio &
pronuntiatio.

TABULA X.

De Exordio.

Exordium est prima Concionis pars, qvâ via
ad aliquod thema pertractandum sternitur,
gratia DEI impetratur & attentio in animis
Auditorum conciliatur. Estq; vel

- | 1. Generale seu remotum, alias Præam-
bulum dictum
- | 1. Invariatum, qd constare solet
 - | 1. Apprecatione.
 - | 2. Nostrî congressus causæ decla-
ratione.
 - | 3. Finis hujus sat ardui elevatione.
 - | 4. Nostræ imbecillitatis extenua-
tione.
 - | 5. Ad gratiam divinam impetrân-
dam adhortatione.

B

6. Modi

—(18.)—

- b e
6. Modi impetrandi, qvi fit per Orationem Dominicam, expressa denominatione.
7. Textus distincta & clara lectione.
2. Variatum, qvod suscipitur
1. Circa Festa
1. Ex nudà & qvidem Biblicā ad attentionem adhortatione.
2. Ad Festum applicatione
1. Di&li.
2. Typi.
3. Emblematis.
2. Circa alicujus actus solennitatem ex varietate Circumstantiarum, qvæ referunt vel
1. Lætitia, & sic introitus dicto constat, qvod cum lætitia vel jubilo Prophetico aut Apostolico & ad præsentem circumstantiam sat idoneo est prolatum.
2. Tristitiam & sic præambulum tristiz significationem habet.
2. Speciale sive propinquum, cuius notandæ sunt
1. Leges & affectiones, qvæ sunt 5.
1. Sit venustum & elegans.
2. Cum textu vel materia conveniat, nec nimis longè petitum sit.
3. Nec

- a b
3. Nec nimis sit prolixum sed breve,
4. Sit verecundum, modestum &
humile.
5. Ad benevolentiam, attentionem
& docilitatem Auditorum exci-
tandam accommodatum.
2. Fontes seu Loci, ducitur nempe vel
1. à laude auctoris & commendati-
one loci tractandi.
2. à sententiâ quâdam generali fu-
turæ materiæ accommodata,
ut ita thesis referatur ad hypo-
thesin.
3. à cohæsione contextus ejusq; sco-
po & summa, præsertim si sit
concio textualis.
4. ab occasione & causâ impulsivâ.
5. à circumstantia Personarum s.
Concionatoris s. Auditoris.
6. ex loco parallelo, typô vel exem-
plo Biblico.
7. à contrario. Conionis,
8. à Recapitulatione superioris Cō-
3. Partes seu membra, quæ sunt
1. Πρέτασις seu Propositio.
2. Αἵτιολογία seu ratio.
3. Ἐκθεσις seu expositio.
4. Αὔξησις seu amplificatio.

(20.)

5. Αὐθίσις seu contrariæ opinionis
rejectio.

6. Απόδοσις ad præsentem scopum ap-
plicatio.

7. Αξιωσις materiæ tractandæ signifi-
catio & voti recitatio.

T A B U L A XI.

De Propositione.

Propositionis notanda

1. **Definitio.** Propositio est scopi præsen-
tis & totius summae orationis accura-
ta delineatio.

2. **Divisio.** Est vel

1. **Explicita**, qvæ apertis verbis reci-
tatur, eaq; vel

1. **Simplex** qvæ aut

1. Ingenere dicit, nos acturos es-
se de hoc Textu.

2. In specie unicū proponit The-
ma deinceps considerandum.

2. **Composita**, qvæ pluribus con-
stat partibus, & propterea conti-
net in se Partitionem seu divisio-
nem Textūs. Estq; vel

1. **Sejunctiva**, qvæ recitatis Textus
partibus semovet ea, de qvib[us]
dicturi non sumus.

2. **Enumerativa**, qvæ exponit de qvi-
bus dicturi sumus,

2. Im-

~~secundum articulatum~~

- a b
2. Implicita, quæ per totum orationis contextum sparsa, non nisi integrâ oratione auditâ cognosci potest.
3. Virtutes & requisita, quæ sunt
- 1. Sufficientia.
 - 2. Brevitas.
 - 3. Perspicuitas.
 - 4. Accurata concinnitas.
4. Adjunctum, quod completitur
- 1. Petitionem attentæ auscultationis.
 - 2. Invocationem Deis seu votum, cuius formula vel
 - i. Stata.
 - 2 Varians & petita vel
 - 1. à dicto quodā Scripturæ. (bis.)
 - 2. ex summa Exordii ejusq; ver.
 - 3. ex materiâ de quâ dicendum. - 4. à tempore.

TABULA XII. De Confirmatione.

Confirmatio est Thematis propositi per convenientia singulis dicendi generibus argumenta deductio. Partes ejus sunt tres

1. Enarratio sive Paraphrasis Textus, quæ includit Analysis

1. Grammaticam, ubi respiciendum

a b

B;

I. Ad

106(22.130)

1. Ad vocabulorum nativam significationem, an propria sint,
an figurata.
2. Ad Idiotismos lingvæ.
3. Ad emphases.
2. Logicam, in vi consequentiæ & connexione antecedentium & consequentium.
3. Rhetoricam, per Tropos & Schemata, quæ partes singulæ dictis Scripturæ parallelis explicari solent.
2. Deductio sive Demonstratio, quando Thema nostrum probamus & amplificamus pro ratione Partitionis, quæ
1. Dogmatica, quando unicum Thema tractare volumus, ubi possumus usurpare argumenta insita, quæ ex ipso evinuntur contextu pro ratione
1. Simplicis generis.
2. Mixti, quæ illustrantur
1. Dictis S. Scripturæ καὶ τὸν ἄλλον.
2. Exemplis. (παῖδες & διάκονοι).
3. Similibus.
2. Thematica, quando Concio in aliquot Themata est distributa, & sic assumuntur Argumenta aliunde petita

L. Per

~~MS 23. 19~~

1. Per Allegoriam, quæ est textus simplicis à proprietate sermonis ad figuratam intelligentiam traductio, sive per Analogiam rei cum re, quando propositi Thematis efficiuntur, attributa, causas &c. alii quoque rei per comparationem accommodamus.
2. Per Analogiam, quando id quod de rebus terrenis vel quibuscumque aliis dicitur, ad cœlestia applicatur.
3. Ex Locis Personarum, ut sunt Nomen, Genus, ratio, ætas, studium, educatio, mens, fortuna, coniunctus, sexus, res gestæ.
4. Per diversas proponendi formas,
 1. Interrogationem,
 2. Asseverationem,
 3. Syllogismum,
 4. Dilemma,
 5. Remotionem contrarii,
 6. Erprobationem.
5. Per circumstantias temporis
 1. Antecedentes,
 2. Concomitantes,
 3. Consequentes.
6. Per varias figuræ

§ 1 Dictionis.

2. Sententiae, potissimum

¶ 1. Exclamationem.

| 2. Interrogationem.

¶ 3. Prosopopociam.

| 4. Epanorthosim.

¶ 5. Communicacionem.

¶ 3. Applicatio seu Uſus.

¶ 1. Dogmaticus, qui consistit in

| 1. Articuli fidei probatione.

| 2. Adversarii refutatione, per

¶ 1. Genus Elenchiticum, ubi

argumenta apta peruntur,

quæ Tab: V. enumerata

sunt. Brevisime ostendit-

ur, quod fundamenta Ad-

versarii sint

¶ 1. ΑγερΦα.

| 2. ΑντιγερΦα.

| 3. Αλοχε.

¶ 2. Occupationem

| 1. Monitoriam.

| 2. Confessoriam.

| 3. Excusatoriam.

| 4. Emendatoriam.

| 5. Asseveratoriam.

¶ 2. Moralis, qui respicit vel

¶ 1. Con-

• 08(25.)30

§ 1. Consolationem in genere Paracletico.

2. Mores

§ 1. Informandos in Genere Pædeutico.

2. Corrigendos in Genere Epanorthotico. Ubi Argumenta peri posunt

1. Per Deductionem unius generis
ad aliud.

2. Per translationem Theseos ad Hypothesin, cum doctrina generalis seu communis sententia; ad certum aliquod factum, species diversas, sub uno genere contentas, accommodatur.

3. Per translationem Hypotheseos ad Thesin, cum causa seu negotium, de quo agitur, ad locum communem referitur, ad quem causa ista pertinet, velut species ad suum genus.

TABULA XIII.

De Peroratione.

Peroratio est totius Concionis conclusio, siquidem per illam deductio materiarum artificiose clauditur. Est vel

1. Proxima, quæ constat

a

C. s.

z. Bre.

26. 190

- ¶ 1. Proxima, quæ constat
¶ 1. Brevisimâ dictorum repetitione.
¶ 2. Concitatione affectuum, quæ
debet esse
¶ { 1. brevis & nervosa.
2. Alacris & excitata, veluti jam
parta victoria.
¶ 3. Voto, quod ponit ut in forma vel
¶ { 1. Gratiarum actionis.
2. Preccationis.
¶ 2. Remota, quæ fit post preccationem
comunem & orationem Dominica-
cam, & plerumq; desumitur ex Phil.
4, 6. nonnunquam ex Num. 6, 23. 26.

T A B U L A X I V.
De Pathologia Reali.

Pathologia, doctrina de concitandis affecti-
bus, est vel

- ¶ 1. Realis, & sumitur ex convenientibus
argumentorum locis, quæ apta sunt
affectibus in uno quoq; genere dicen-
di. Argumenta hæc inducunt vel
¶ 1. Amore, ubi illa sumuntur partim
¶ { 1. In Specie pro ratione Auditio-
ris, si forte vitio aliquo labora-
verit, ubi ex commodis locis
argumenta petuntur.
2. In genere

b. à cor-

85(27.)

b

- ¶ I. à convenientiâ sive sympathia
rei & objecti ad cuius amorem
Auditorem instigamus.
2. à beneficiis & eorum ruminâ-
tione.
3. à modestia petentis.
4. à jucunditate ejus amoris.
5. ab integrâ petentis fama, quod
omnes ei faveant.
6. ab ejus pulchritudine.
7. à benevolentia ejus erga nos.
8. à veracitate & fidelitate ejus.
9. à facilitate.
10. ab odio adversarii, ejusq;
comparatione
- II. a utili.
11. à gloria & laude nostra.
13. à Dei gaudio.
2. Odium, suntq;
- ¶ I. Objecti contemptibilitas.
2. Incomoda amoris.
3. Contumelia nobis illata.
4. Indignitas contumeliosi.
5. Subjecti arrogantia, quod, si
ametur, nobis impetrare velit.
3. Metuum, suntq;
1. Malum impēdens subitancum.
2. Offensi Jehovæ sublimitas.
- g. Ejus

a b c

a b c

3. Ejus sanctitas, qvæ non admittit peccatum inultum.
4. Potentia ad vindicandum.
5. Severitas in vindicta.
6. Peccati semel perpetrati irreocabilitas.
7. Scandalum inde ortum, & ejus reatus.
8. Vitæ nostræ incertitudo.
9. Incertitudo conversionis, & iudiciorum DEI abyssus. (tus.)
10. Impoenientiū perpetui cruciatio-
4. Commiserationem, ubi hæc argu-
1. Confessio peccatoris. (menta)
2. Timor seu verecundia ejus,
3. Pudor.
4. Exaggeratio misericordie.
5. Subjeclio.
6. Infortunii ejus ad præsentes Auditores accommodatio.
5. Pudorem seu erubescientiam, ubi sumuntur argumenta
1. At turpitudine rei per se.
2. ab ejus manifestatione.
3. à manifestatione coram superioribus, Magistratu &c.
4. à despectu, qui inde ortus est.
5. à viliorum hominū vita meliore.

6. ab

a b c

a b c

6. ab opprobrio hominum tum pi-
orum tum impiorum.

7. à præsentia Angelorum, & rela-
tione hujus turpitudinis in cœtu
beatorum.

6. Spem ac fiduciam, si inculceretur
¶ 1. Misericordiæ divinæ magnitudo.

2. Meriti Christi amplitudo.

3. Promissionum Evangelicarum
universalitas.

4. Juramenti divini firmitudo.

5. Ex auditio[n]is promissæ infallibi-
litas.

6. Exemplorum multitudo & va-
rietas.

7. Iram, si exponatur

¶ 1. Atrocitas facti.

2. Exaggeratio circumstantiarum.

8. Lenitatem, per facti

¶ 1. Confessionem.

2. Excusationem, aut

3. Deprecationem.

Verbalis, qvæ est orationis per Tro-
pos & Figuras exornatio.

13. Moralis, qvæ est ratio excitandi affectus,
per mutationem vocis, mores & ge-
sus corporis.

TA

•SC 30. 30

TABULA XV. De Pathologia Verbali.

Hæc consistit in

§ 1. Tropis.

§ 2. Figuris

1. Dictionis, qvæ unicuique generi adhiberi possunt.

2. Sententie: ut plurimum adhibetur in Genere.

§ 1. Didascalio, Exclamatio.

2. Pædaceutico

1. Apostrophe.

2. Prosopopœia.

3. Communicatio.

4. Epizeuxis.

§ 3. Epanorthotico, Epanorthosis &cæ figuræ, qvæ Generi Pædeutico inserviunt.

4. Elenchitico, Epanorthosis & Addubitatio.

5. Paracletico, Prosopopœia & Apostrophe.

TABULA XVI. De Pathologia Morali.

Qvæ consistit in

{z. Gestio-

108' 31. 108

1. Gestibus; qvorum notandæ Regulæ

1. Generales. Gæstus Ecclesiastæ sit

1. Accomodatus ad res sacras, adeo
qve ad devotionem per omnia
compositus.

2. Naturam imitans & ab omni
affectione alienus.

3. Decorus & gravis sine deformi-
tate, si ne circulatoria levitate &
histrionica gesticulatione.

4. Moderatus, ut neq; in excessu
neq; in defectu peccetur.

5. Diversus etq; affectuum re-
rumq; varietate varius.

2. Speciales

1. Respectu totius corporis, videlicet

1. Status corporis sit erctus non
incurvus aut vacillans.

2. Corpus non sit instar trunci
immobile, sed per vices mode-
ratè fleatur ad Auditorcs ab
utroq; latere stantes vel seden-
tes, sic tamen ut absit omnis
indecora corporis inclinatio.

2. Respectu certarum partium &
quidem

II, Capi-

- a
1. Capitis, quod secundum naturam
sit erectum, omnisq; mo^rs inde-
cori & immodici expers.
 2. Vultus, qvi aptè sit compositus &
ad exprimendum affectum ac-
commodatus.
 3. Oculorum, qvi sint apertè & mo-
deratè mobiles.
 4. Oris, qvod rotundum sit.
 5. Humerorum, qvi sint æquales &
quieti.
 6. Manuū, qvæ moveri debent in po-
stulando, pollicendo, vocando,
minando, gaudendo, negando, in-
hibendo, admirando, probando.
 7. Brachiorū, qvæ in violentâ dimissi-
one vel repulso possunt porrigi.
 8. Pedoris, qvod in vehementi asse-
veratione tundi potest.
2. Voce, qvæ sit
1. Naturalis, non affectata.
 2. Emendata & à vitijs lingvæ omni-
bus purificata.
 3. Clara & alacris.
 4. Ornata & s^ravis, non animosa, sed
pro rerum varietate varia.
 5. Distincta & fluens.
 6. Moderata h^r, e^r, neq; nimis intensa
vel
- b

48(33.)90

a b

vel velox , neq; nimis remissa vel tarda.

¶ 7. In principio Concionis submissa & sedata , deinde paulatim assurgat , elevetur & intendatur , donec circa amplificationem & perorationem sit maximè exaltata & intenta .

¶ 8. Moribus , qvi cujusvis naturæ permituntur .

T A B U L A XVII. & ult.

Sistens Regulas qvasdam speciales Tyroni in primis Oratoriæ Ecclesiasticæ observandas , qvæ respiciunt vel

1. Modum privatim meditandi & conscribendi Conaciones , qvi seqq. describi potest .

¶ 1. Ut in rerum omnium , sic & in Concionum meditatione præqviritur tranquillitas omnis , devotio cordis , solitudo loci & temporis oportunitas .

2. Res pro Conacione tractandæ diligenter concipi & firmiter imprimi debent .

3. Ante conscriptionem , Textus necessariò præcognoscendus est , quam potest fieri

a.b

C

i. Pet

- b
1. Per crebram Versionis Germanicæ lectionem.
2. Per fontium inspectionem.
3. Per scopi considerationem.
4. Per rerū sensu investigationem.
5. Per revocationem ad methodum seu caput aliquod in locis Theologicis.
6. Per Analysis & resolutionem in charta consignandam.
7. Per unius atq; alterius interpretis inspectionem.
4. Non tantum Concio mente concipi, sed simul in chattam conjici & consignari debet.
5. Quando qvis primum incipit sermones habere ad populum, consultum tutumq; est, omnia verbogenus & quidem Germanicè annotare aliquot vicibus. Post autem consignationem paulatim contrahat & præcipua tantum in chartam referat, brevibusq; terminis Latinis comprehendat.
6. Concio, quantum fieri potest, ita consignetur, ut septem positis Virtutibus instructa sit, nimirum.

- 1. Veritate.
- 2. Decoro.
- 3. Gravitate.
- 4. Sufficientia.
- 5. Perspicuitate.
- 6. Aptâ Dispositione.
- 7. Brevitate.
- 2. Modum imprimendi **Conciones** pri-
vatim conscriptas. Ubi notanda me-
moriæ adminicula, qvæ
 - 1. Generatim enumerantur, suntq; vel
 - 2. Generalia, qvæ in qvâvis mate-
riâ imprimenda solent, & debent
adhiberi, ut
 - 1. Temperantia.
 - 2. Justa diæta.
 - 3. Exercitatio crebra.
 - 4. Intelligentia rerum.
 - 5. Ordo.
 - 6. Scriptio.
 - 7. Meditatio.
 - 8. Notæ Mnemonicae.
 - 2. Specialia, qvæ non omnibus, neq;
in omni materia conveniunt, ut
 - 1. Loca &
 - 2. Imagines.
- 2. Speciatim tyroni Eloquentiæ sacræ
commendantur, ut

• 06(36.) 90

- i. Ordo, ubi reqviritur
- { 1. Ut concionatus ante omnia
textum sacrum, qvem vult ex-
plicare, memoriâ teneat, & ad
singula ejus membra in totâ
concionâ respiciat.
2. Ut Dispositionem Concionis
memoriâ accuratè compre-
hendat, idq; vel
- { 1. Beneficio tabellæ.
2. Consignatione Dispositio-
nis in margine per certa
lemmata.
2. Scriptio, qvæ reqvirit
- { 1. Ut Concionatus concionem,
si non qvoad omnia, tamen
qvoad præcipua membra con-
signet in chartam.
2. Ut membra Concionis princi-
palia spatiolo qvodam inter-
jecto consignet, qvò respirati-
onis tempus intelligatur, & lo-
cali meminiscentiæ adminicu-
lum qvoddam suppeditetur.
3. Ut membra præcipua lineola
subducantur, aliæq; notæ mne-
monicæ adhibeantur,
- i 3. Meditatio, qvæ reqvirit

a b i. Ut



•e(37.)90

a

b

1. Ut Concionatus concionem scriptam subinde relegat.
2. Ut inter legendū habeat animū tranquillū ab aliis cogitationibus, curis & affectibus liberum.
3. Ut deniq; semetipsum probet, num omnia sint memoriae impressa, quod fieri potest per Concionis repetitionē vel tacitē in mente vel pronunciatione aliquā in Museo institutam.
4. Scheda, quam, si quis suæ memoriæ velit consulere in ipso Concionis actu secum habeat, in quā schedā præcipua concionis capita consignari debent.
3. Modum sese exercendi & conciones habendi, qui seqq. includi potest:
 1. Ad Exercitia Concionum justo tempore, non nimis mature, nec nimis serò accedendum.
 2. Locus initio ad publica concionum exercitia diligendus est angustior & infreqvens.
 3. Inchoandum est à textibus facilitioribus & post pergendum ad difficiliores.

C 3

4. Dis.

4. Dispositiones Concionum initio formentur simplices & breves, deinde paulatim progressus fiat ad majora & ornatoria.
5. Exercitia concionatoria non nimis raro instituantur, sed saepius, ut alius comparari possit habitus.
6. Sine devotâ precatione & justa præmeditatione nunquam suggestum ascendat.
7. Adhibendus est unus & alter fidelis censor, qui iudicio polleat, & defectus indicare possit.

Exemplum Biblicum

Traditionis Textus, ex Dicto
Joh: III. 16.

SIC DEUS DILEXIT MUN-
DUM, &c.

Hoc fieri potest

I. Enarratio s. Paraphrasis

i. In genere h. m. In quavis voce magna quædam est emphasis, SIC i.e. adeo infinitè, adeo ineffabiliter, tantâ amoris vehementia, conatu, excessu. DEUS, non Jupiter, non Apollo, non Rex, non Cæsar

sab

46(39.)

far &c. sed qvi solus veri DEI nomine cen-
sendus est, bonitate optimus, potentia
Maximus, Pater Domini nostri J. C. DI-
LEXIT, cum jure debuisset odio profe-
qvi, pro suo amore dilexit, non ut Judas
Josephum, Gen. 37. non ut Jonathan Da-
videm, 1. Samuelis 18. non ut Jacob Ra-
helem, Gen. 29. non ut frater fratrem,
non ut Pater filium, sed ineffabiliter, Es.
49. MUNDUM, non opificium illud ex-
ternum à se conditum pulchreq; ornatum;
sed universum genus humanum, fraude
Diaboli seductum & per Protoplastorum
lapsum maledictum ac reum damnatio-
nis. UT DARET non ad Regnum & tri-
umfos, sed in carnis humilitatem Phil. 2.
in summam paupertatem Matth. 8. in cru-
cis confusionem, Gal. 3. in mortis amari-
tudinem Heb. 2. in nostram reconciliati-
onem 1. Joh. 2. in pignus amoris Rom. 8.
DARET prior & gratis, sine merito, imò
sine desiderio nostro, ex merâ gratiâ. FI-
LIUM non Regis, non Isaacum, non An-
gelum, sed SUUM Filium, non adopti-
vum, qvales nos omnes sumus, sed pro-
prium ac naturalem, cumq; non unum è
multis sed UNIGENITUM & unicum.
UT OMNIS, fiat locus à Genere ad Spec-

C 4

ciem



cierū per μεγαλούς. Omnis cum dicitur, nullus excluditur, ait Ambrosius. **QVI CREDIT** i.e. non tantum assentitur iis, quæ in Articulis fidei & Evangelio preponuntur, sed & verâ fide Christum cum suâ obedientia, justitiâ & merito apprehendit sibiq; applicat. **NON PEREAT**, non condemnetur & cum Diabolis exponatur cruciaribus nunquam desituri. **SED HABEAT VITAM ÆTERNAM**, omni fruatur felicitate, & eâ nullis seculis terminandâ.

2. In Specie per Analysis

(1.) Grammaticam DILEXIT. ἀγαπᾶν dicitur qs. ἀγαπή πᾶν καὶ συνάπτει περὶ οὐρανῶν significans ferri amore incensum magno ad desiderium unionis. **DEUS** Græcum Θεὸς Damasceno lib. I orth: fid. c. 12. dicitur vel à Σέω corro, quod per omnia currat, Es: 66, 1. Ps: 138, 7. vel à θεόπουλος Contemplor, quod omnia oculis ejus subjecta sint, vel quod nihil ei desit. Latinum verò **DEUS** deducitur vel à Græco θεός metus, quod metu ad eum contendum homines adducantur: vel ab Hebræo Υἱῷ sufficientia, quod Deus sibi ipsi sufficiat, nec ullam re indigeat. Hinc dictus Υἱός quod apud eum solum sit αὐτορυθμία:

Hoc



Hoc loco sumitur ὑποσατικῆς de DEO Pa-
tre. Nam Subjectum mittens à subje~~c~~
misso distinguitur. MUNDUM, Metony-
micè pro hominibus in mundo viventi-
bus. Namq; Mundi vocabulum πόλυση-
μονε~~s~~ est. Accipitur ὄλικᾶς: Sic Tertullia-
nus de vclandis virginib. c. 4. Mundum
si dixeris, illuc erit & quæ in eo sunt, Sol
& Luna, & sidera & astra: & terra & frē-
tū & omnis census clementorum. Omnia
dixeris, si id dixeris, quod ex omnibus
constat. Et Joh: 1, 3. Col: 1, 16. Heb: 1,
3 10. Deinde μερικῶς, & significat vel τὸ
συνέχων continens, vel τὸ συνεχόμενον con-
tentum. Continens partiale est Terra.
DEus induxit fines mundi Job: 28, 24.
juxta font: אֶדְרָתֵת יְצָהַרְתִּי fines terræ, quos
S. Scriptura aliquando describit à duobus
cœli cardinibus, aliquando à quatuor Ps:
113, 3. Zach: 2, 6. c. 8, 7. Mal: 1, II. Con-
tentum hujus Mundi sunt Homines, ita
h. I. & Matth: 5, 14. Joh: 1, 29. 1. Joh: 2, 2.
Nomen habet Mundus à mundicie & or-
natu. Græc: κόσμος notat ordinem, or-
namentum. Post lapsum autem non est
mundus sed immundus & peccatis con-
taminatus. Explicetur distinctio Phras-
um: Credere Deo, Credere Deum, &

Cf

Cre.

105', 42. 196

Credere in Deum, ex Augustino Serm. 181.
de temp. & lib. de cognit. vit. c. 39.
Chemnitio c. 28. Harin: Evang: & Dietec-
trico Instit: Catech: de 1. Symb; Apost:
Artic: p. 341.

(2.) Logicam. Subiectū de quo sermo
fit, est DEUS. Prædicatum, Dilexit. Amoris
objectum est Mundus s. gen⁹ humanum.
Amoris effectum Filii donatio. Finis cui, est
omnis credens. Finis cuius, est vita æterna.
Ex his talis conficitur Definitio: Amor DEI
est immensa & ineffabilis illa Charitas, qvā
DEUS voluntate antecedente sic ab æterno
dilexit omnes & singulos homines, ut in
plenitudine temporis miserit nobis filium
suum, qui homo factus pro hominibus
satisfaceret. Hæc doctissimus Ursinus, cu-
jus ope utimur, prolixius deducit in Ec-
clesiaſt: p. 42. & 44.

(3.) Rhetoricam per Tropos & Figuras.
O rem stupendam! quam nullæ ne Ange-
lorum quidem linguae exprimere valent.
Deus ille naturæ sator & molitor, summus
ille Rex Regum & totius universi Monar-
cha infinite bonus. DILEXIT verè & aju-
davit nos ex merâ misericordia, quem ve-
lo? quem putatis o religiosa pectora.

Num.



Numquid Angelos, ministros illos flam-
 meos, semper obsequentes Spiritus ? an
 fortè stellis condecoratum cœlum, aut
 luminaria mundi maxima, ordinatissi-
 mam ve illam cœli militiam ? non certè.
MUNDUM dilexit, illum per lapsum adeò
 immundum, ut mundum faceret; illum
 dilexit impium, ut piūm faceret. Potuit-
 ne iustus diligere inustum, sanctus tam
 pollutum ? quæ participatio justitiae cum
 iniuriate ? aut quæ societas luci cum te-
 nebris ? Magno stetit amor DEO. Dilexit
 enim SIC (o rem omni cogitatione hu-
 manâ sublimiorem !) ut unigenitum
 traderet **FILIUM**, non Angelos, non Mun-
 di thesauros, non regnum vel imperium,
 sed unicum suum Filium. Filium, quo
 nihil charius habere potuit. Filium, qui
 erat splendor gloriæ & imago substantiæ
 suæ; non ad gaudia sed ad tormenta. Nam
 cum stare nos perditos ante thronum su-
 um sævum videret, ita disputabat: Quid
 faciā ? perdamne ? ubi misericordia mea ?
 an ignoscam ? at ubi justitia ? inveniam
 admirabile temperamentum, ut & justè
 & misericorditer salvem. I Decus i no-
 strum Fili & pius assere servos, delabere
 cœlo & carnē assumtā in integrum resti-
 tue

• 44. 30

rum gentem humanam. Paruit ille libens,
ecce inquit, venio &c. Ps. 40. Addatur
Epiphonema l. Exclamatio.

II. Deductio s. Demonstratio. Ubi
ex h. l. varia themata tractari & amplifi-
cari possunt: Qvædam tantum rudiori
Minervâ proponemus, elaboranda tyro-
nibus Sacræ Eloqventiæ relinquentes.
Talia sunt

I. Causæ justificationis nostræ coram
DEO. (1.) Efficiens, Deus. (2.) Materia-
lis, Mundus. (3.) impulsiva, Dei miseri-
cordia. (4.) Meritoria & formalis, Fili-
us Dei unigenitus. (5.) Instrumentalis
Fides, (6.) Finalis salus & vita æterna.

II. Missio Filii DEI, ubi (1.) Mittens est
Deus Pater, quem impulit πεναταγμῶς
Mundi miseria & πεγγύσμενως sua ipsius
misericordia. (2.) Missus est Deus Filius.
(3.) Subjectum ad quos, omnes homines.
(4.) Finis proximus, reconciliatio per
plenam obedientiam missi Filii Activam
& Passivam. (5.) Finis ultimus, vita æ-
terna,

III. Unicum salutis nostræ fundamen-
tum, quod possum (1.) in DEI dilecti-
one (2.) in IESU Christi satisfactione (3.)

In



• 45 •

in fiduciali meriti illius apprehensione.
IV. Scala cœli. Cujus gradus (1.) Pa-
tris coelestis dilectio. (2.) Filii missio. (3.)
Eius satisfactio. (4.) Fidei apprehensio.
(5.) vitæ æternæ possessio.

V. Morientium cordiale ex (1.) Pa-
tris dilectione, qvæ exaggeratur particulâ
SIC (2.) Filii missione. (3.) Fidei apprehe-
sione (4.) Felicitatis æternæ promissione.

VI. Magnalia DEI Pentecostalia. Ubi
(1.) Magnus dator, Deus Pater. (2.) Ma-
gnum donum, Filius unigenitus. (3.) Ma-
gni doni utilitas : ut omnis qvî credit,
non pereat, sed vitam æternam habeat.

VII. Pentecostale Clinodium (tribus
gemmaulis distinctum, & auro inclusum)
Gemmula (1) est Adamas divinæ dilecti-
onis, qvæ comparatur cum Adamante ra-
tione (α.) Dignitatis. Adamas est gem-
marum præstantissima, ita dilectio Dei
preciosa ob personam amantem, qvæ De-
us, & rem amatam, qvæ Mundus. (β.)
Firmitatis. Ad. non facile infringi potest:
Amor Dei & est firmus & constans. (γ.)
Claritatis Ad. gemmarum lucidissimus :
sic Dei dilecto claret dictis s. affatu, factis
s. effectu. (δ.) Utilitatis. Ad. reddit animo-
ses, metumq; spectrorum, teste Ruco lib.

2, de



2. de Gem. c. 15. tollit: Dilectio Dei conseruat animum metu irae divinæ et exanimatum. (2.) Rubinus Christi traditionis, quæ confertur cum Rubino ratione (α) dignitatis. Rubinus præcipue genuinus gemma pretiosa est, quanto magis Christus DEI Filius mundo datus. (β) Rubicunditatis. Rub: rubet: ita Christus rubicundus fuit in passione. (γ) Salubritatis. Rub. pellit pestem, virus, terrores, moerorem, confortat oculos &c. Christi sanguis venenum peccati, & omnes tentationes Satanæ &c. efficacissimum est nostrum collyrium, cuius ope videamus pretiosam nostram redemptionem, Deiq; Patris reconciliationem. (3.) Smaragdus æternæ vitæ possessionis, quæ cum Smaragdo confertur ratione (α) Venustatis. Smaragdus viore suo venustus est: quanto magis vita æterna bonis ac dotibus suis, (β) jucunditatis. Smar. viore visum delectat: Vit. æt. delectabit adspectu Trinitatis, Angelorum, Electorum &c. (γ) facultatis. Smar. corroborat cor, animum lætitiat. V. æt. gaudia feret innumera. (4.) Aurum fidei applicationis, quæ comparatur cum auro ratione (α ; nobilitatis. Aurum metallorum mobilissimum: Fides Virtutum. (β) Soliditatis. Au-

rum

rum metallorum solidissimum: Fides salutis nostra
fundamentum. (γ) Claritatis. A. metallorum cla-
rissimum: Fides per bona opera lucet. (δ) Effi-
caciae. A. cor hominis confortat: Fides multò ma-
gis. (ε) Tenacitatis. Aurum gemmas comprehendit
ac continet: Fides complectitur Christi meritum &
applicat. Quod Thema CL. Dn. M. Samueli Schmidio,
Lycéi nostri Rectori Meritis debemus, q̄i anno ab
hoc secundo (1675.) publicè id explicabat. Idem
& in Concione typis Quedl. (1671.) exscripta ex h. I.
contemplandam dedit Rosam Pentecostalem
cum Hortensi comparatam (1.) ob præstantiam s. di-
gnitatem (2.) ob elegantiam & suavitatem (3.) ob
efficaciam & utilitatem, ad eum modum, quo B. Ger-
hardus olim ex hoc dicto & Cant: 6, 2. Lilium
Pentecostale proposuit Postill. Salomon: p. 686.
sq. Plura suppeditat Ursin. c. I. p. 47. seq.

II. Applicatio s. Usus

1. Dogmatico- Elencticus de justificatione ho-
minis, q̄ v̄e sit apprehensione meriti Christi per fidem. Una-
de (1.) fiat Propositio: Ex hoc dicto ad gravissimam
q̄uestionem de ratione apprehendendi meritum Christi
per fidem ad iustitiam & salutem, emergit firmata re-
sponsio. (2.) Narratio. Olim Pharisei in Ecclesia &
jam Pelagiani disputant, hominem justificari & salvare
per opera Legis, per propria merita. Illi statuerant
Messiam tantum fore Regem temporalem: Hi vero
quod nihil perdidissemus in Adamo, nihil sperabant
ex Christi merito. Ex hac Pelagii schola progressi
sunt Pontificii docentes, nos non solius Christi merito
aut fide solâ meritorum apprehendente, sed etiam pro-
priis meritis justos fieri. (3.) Ponatur Thesis nostra: Nos
solius Christi merito & solâ fide illud apprehen-
dente iustitiam & salutem conseqvimur. (4.) Confir-
metur (α) ex Dei dilectione merita omnia antecedente,
Addantur loca parallela S. Script: Rom: 5, 6. Tis: 2
3, 5.

9. 5. Et Joh. 4. 10. Eph 2. 8. (β) ex solius fidei positione. opera excludente. Adde loca paral. Rom. 3. 28. c. 4. v. 5. Gal. 2. 16. Eph. 2. 8. Hinc (5.) Confutentur Objecta Adversariorum. Denique (6.) Concludatur: Qvare cum Deus nos salvet gratuitâ dilectione solâ gratia, solo Christi merito, solâ fide apprehendente justificemur, nostrum erit hanc sententiâ am sinceram tueri, errores detestari & à fermento hoc Pharisaico abstinere. B. Ursin. c. l. p. 57.

2. Moralis, qvi contineat consolationem. Thesis mempe Dens dilexit Mundum, transferatur ad Hypothesin. h. m. Qvæ cum ita sint, (fiat brevis Recapitulatio in Epilogo) ergo mi homo etiam te dilexit, (Amplificetur ex loco circumstantiarum, qvæ Christus propter homines fecerit.) Arrige proinde aures & conceipe spem. Si enim Deus totum mundum dilexit, utiq; & te dilexit, qvi mundi parses. Si Deus pro omnibus hominibus unigenitum suum Filium tradidit in mortem, utique ergo pro te. Si oblivisci Pater potuit peccatorum totius mundi, tuas etiam iniqvitates oblitio delevit, qvi minutissima saltim mundi particula es. (Fiat Amplificatio Pathetica per Ethopoeiam) Credemodo ipsum Christum sic te alloqui: Ego thronum pælestrem reliqui, ut tibi regnum acquirerem cœlestis. Ego cum omnium Dominus essem, servi formam assumsi, ut à te durissimum jugum æternæ desplicerem servitutis. Ego pauper factus sum, tu existenter dives. Ego me infinitis laboribus, cruciatibus & ærumnis exposui, ut quietem tibi parerem. Ego me morti subjeci deterrimæ atq; acerbissimæ, ut tu in æternum vireres. Imo si meritum meum non sufficiens esse nossem, adhuc pro te morerer. (Confutatio objectionum Satane) Dicat jam Diabolus, Deum non dilexisse omnes homines, non dedisse filium pro omnibus hominibus, Christū pro te non esse mortuum, objiciat tibi tuam indignitatem, impugnet tuā fidem. Eja confide tuo potius Christo, crede in eum, & res salva erit.

SOLI DEO GLORIA.

AB 44 27
h,3




5b.

VD 77



10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000
1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1089
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099
1099
1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1199
1200
1201
1202
1203
1204
1205
1206
1207
1208
1209
1209
1210
1211
1212
1213
1214
1215
1216
1217
1218
1219
1219
1220
1221
1222
1223
1224
1225
1226
1227
1228
1229
1229
1230
1231
1232
1233
1234
1235
1236
1237
1238
1239
1239
1240
1241
1242
1243
1244
1245
1246
1247
1248
1249
1249
1250
1251
1252
1253
1254
1255
1256
1257
1258
1259
1259
1260
1261
1262
1263
1264
1265
1266
1267
1268
1269
1269
1270
1271
1272
1273
1274
1275
1276
1277
1278
1279
1279
1280
1281
1282
1283
1284
1285
1286
1287
1288
1289
1289
1290
1291
1292
1293
1294
1295
1296
1297
1298
1299
1299
1300
1301
1302
1303
1304
1305
1306
1307
1308
1309
1309
1310
1311
1312
1313
1314
1315
1316
1317
1318
1319
1319
1320
1321
1322
1323
1324
1325
1326
1327
1328
1329
1329
1330
1331
1332
1333
1334
1335
1336
1337
1338
1339
1339
1340
1341
1342
1343
1344
1345
1346
1347
1348
1349
1349
1350
1351
1352
1353
1354
1355
1356
1357
1358
1359
1359
1360
1361
1362
1363
1364
1365
1366
1367
1368
1369
1369
1370
1371
1372
1373
1374
1375
1376
1377
1378
1379
1379
1380
1381
1382
1383
1384
1385
1386
1387
1388
1389
1389
1390
1391
1392
1393
1394
1395
1396
1397
1398
1399
1399
1400
1401
140



6
THODUS
NCIONANDI
ABELLARIS

Ex
Hilfemanni Oratoriâ
etiaſtjcâ maximam partem
conciinata,
&
Exemplo Biblico Traſtati-
onis Textûs,
edita

HANNE HENNINGIO,
vellâ Marchico, P. L. C.
& Illustris Qvedlei CON:
RECTORE.



QVEDLIMBURGI,
Formis Johannis Ockelli,
A. Æ. D. c. lcc LXXVII.